

GREGORIUS GOBIUS.

*ἀνέγρ.*  
SUBIGI, ROGO: SURGE.  
*Evolutio.*

N<sup>U</sup>ll est, quod SUBIGI nequeat vi mortis acerbae:  
Nam sunt fatali cuncta cremanda ROGO.  
Hinc etiam fati concedens Prætor obivit:  
Urbis qui nostræ spesq; decusq; fuit.  
Verum non obiit planè. Nam munera vitæ  
Accipiet, Christus verba ubi lata dabit:  
Prætor SURGE \* vigil, bona qui terrena fidelis  
Curasti, reddam calica, SURGE, bona.

\*Gregorius.

*Ad Filias mœstissimas.*

Quod Pater in votis habuit, nunc deniq; factum,  
O benè, quod vestri sint rata vota Patris!  
Ad Medici Cælestis opem se contulit æger:  
Terreno in Medico cum nihil esset opis.  
Pharmacon accepit melius medicamine quovis:  
Hoc morbos pellit, deprimit atq; necem.  
Ergò quis exoptet, vestrum superesse Parentem?  
Æger in orbe fuit, sanus in arce Poli est.

*Martinus Richterus, G. L.*

D<sup>I</sup>ris quodd nequeant, se necis opponere spiculis  
In terris Gravitas, Eusebie, stirps, Themis inclyta:  
Apparet satis ex legitimo Judice GOBBIO,  
Qui firmum Columnen, grande decus Gorlicij fuit,  
Qui cultor Themidos; dum rapuit pallida mors eum.  
Verùm pocula nunc ætherii Nectaris imbibit.

*Fridericus Abrode, Laubà L.*



•(o)• •(o)•

1670;

17.

Q. D. B. V.

ΕΠΙΡΗΝΙΑΜ  
ΧΡΙΣΤΙ

ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΥ  
ΓΕΝΕΤΗΛΙΑΣΑΜ

ΑΝΝΟ κτλ ΙσϞ LXX.  
XXV. DECEMBR.

IN

PARNASSO NISS.

PUBLICAT

AURELIUS PRUDENTIUS CLEMENS V. C.  
INTERPRETE

M. CHR. FUNCCIO,  
RECT.



GORLICI

ΤΥΠΙΣ CHRISTOPHORI ZIPPERI



Y44093



AURELII PRUDENTII CL.  
<sup>in</sup>  
EPIPHAN. GENETHL.  
CHRISTI,

Θεανθεώπης  
contra  
HOMUNCIONITAS  
POEMA.

**R**omite secretos fatus, date, pandite Librum,  
Evomuit, spirante DEO, quem sanctus  
Esajas.

Percensere libet, calamiq; revolvere sulcos,  
Sidereis quos illa notis manus aurea duxit.  
Ite hinc, dum rutilos apices submissus adoro,  
Dum lacrymans veneror, dumq; oscula dulcia figo:  
Gaudia concipiunt lacrymas, dant gaudia fletum.  
Advenit promissa dies, quam dixerat iste  
Affore Versiculis, cum Virgo puerpera (teste  
Haut dubie Sponso, pacti cui cura pudoris)  
Edidit, Emmanuelq; meum me cernere fecit.  
Estne DEUS jam noster homo? Versatur & adstat:  
Nobiscum; nomenq; probat, Versumq; vetustis  
Obscurum seclis praesenti illuminat ore?  
Estne DEUS, cujus cunas veneratur Eous.

Lan

Lancibus auratis regalia fercula supplex  
Virginis ad gremium pannis puerilibus offert?  
Quis tam pinnatus rapidoq; simillimus austro  
Nuncius, Auroræ populos, atq; ultima Baetra  
Attigit? illuxisse diem lætantibus horis,  
Qua tener innupto penderet ab ubere CHRISTUS.  
Vidimus hunc, ajunt, puerum per sidera ferri,  
Et super antiquos signorum ardescere tractus:  
Dirigit trepidans Chaldaeo in vertice pernox  
Astrologus, cessisse Anguem, fugisse Leonem,  
Contraxisse pedes lateris manco ordine Cancrum,  
Cornibus infractis domitum mugire Juvenum,  
Sidus & Hircinum laceris marcescere villis.  
Labitur hinc pulsus Puer Hydrius, inde Sagittæ:  
Palantes Geminos fuga separat: improba Virgo  
Prodit amatores tacitos in fornice mundi.  
Quiq; alii horrificis pendent in nubibus ignes,  
Luciferum timere novum. Rota lurida solis  
Hæret, & excidium sentit jam jamq; futurum,  
Seq; die medio velandum tegmine glauco,  
Splendoremq; poli perituum nocte diurna,  
Orbe repentinis caput obnubente tenebris.  
Hunc ego non cumulem myrræq; & thuris & auri  
Muneribus? Scio, quem videam, quæ dona rependam.

Hunc:



Hunc ego non venerer? qui coelo visus, humiq;  
 Inventus: Rex atq; DEUS mojeratur utrumq;  
 Naturæ specimen, tumuloq; inferna refringens  
 Regna, resurgentes secum jubet ire sepultos.  
 Coelum habitat, terris intervenit, abdita rumpit  
 Tartara. Vera fides: DEUS est, qui totus ubiq; est.  
 Numquid vana viros, aut mens, aut lingua fefellit?  
 Numquid fortuitis frustrantia dona dederunt  
 Casibus? aut coeco votum sub honore dicarunt?  
 Quæ porro causa aut ratio submittere colla  
 Ante pedes Mariæ, pueriq; crepundia parvi,  
 Si tantum mortalis erat, nec summa potestas  
 Implebat teneros divinis flatibus artus?  
 Sed jam tolle Magos, thus, aurum, myrrea dona,  
 Quæ verum docuere DEUM: præsepia, pannos,  
 Matris adoratum gremium, face sideris ardens:  
 Ipsa DEUM virtus factorum & mira loquantur.



**Glückwünschender Nachruff/**  
 mit welchem  
 Der Wohl-Edel-Gebohrne  
**Joachim Hildebrand**  
 von Hund/ Eq. Lus.  
 auff Unwürde/ Groß-  
 Schweinik/ zc.  
 bey öffentlich gehaltenner  
**Abschieds-Rede**  
 von etlichen  
 Im Görlichschen Parnas  
 Studirenden  
 beehret  
 wurde  
 Im Jahr 1671. den  
 18. Mart.



Gedruckt zu Görlik von Christoph Zippern.

YYY094



t